

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1834

**Autre(s) référence(s) :** Round 792

**Auteur(s) :** Henri Ier Beauclerc, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1113, 2 mars

**Lieu d'émission :** Avranches

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Henri [Ier], roi d'Angleterre, accorde la donation faite par Raoul de Fougères à l'ermite Vital.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Abrincensis, n° IX, col. 111.

b. Van Moolenbroek Jaap, *Vital l'ermite, prédicateur itinérant, fondateur de l'abbaye normande de Savigny*, Assen-Maastricht, Van Gorcum (Revue de l'Avranchin et du Pays de Granville ; mars 1991, 68, 346), 1990, Preuves, n° 3, p. 260-263.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 792. Cronne Henry Alfred, Johnson Charles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum 1066-1154*, vol. 2, Regesta Henrici primi 1100-1135, Oxford, Clarendon Press, 1956, n° 1015, p. 107.

Texte établi d'après a

Ego Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum. Universorum consummationem et finem attendens, et in futurum saluti meæ providens simul et consulens, quod propriis meritis non possum, a pauperibus spiritu regnum cœlorum, quod ipsorum est, emendum esse putavi : eos enim in illa cœlesti patria semper advocatos habere desiderans, utpote cujus sunt et concives simul et præsules, ad eosdem tanquam ad sanctæ munitiois asyllum confugio, ut eorum saltem merear opitulatione salvari, qui de meis meritis nisi mortem et damnationem invenio. Donationem igitur quam Radulfus Filgeriensis, cum uxore sua Avicia et filiis suis Mainone Fransgalone, Henrico et Roberto, domno Vitali heremitæ in possessionem et cœnobiale domicilium monachorum dedit, ego quoque munificentia regali concedo, forestam videlicet . . . . Quam nimirum donationem ob incolumitatem regni mei et salutem animæ meæ, necnon et pro uxore mea Mathilde simul et prole, pro animabus etiam patris mei Willelmi magni regis Anglorum, et matris meæ Mathildis reginæ, etc. ita ab omni, tam clericorum quam laïcorum infestatione absolvo, ut contra hoc meæ concessionis decretum nemo sit . . . . Porro donationis hujus ex parte mea testes sunt Baldricus Dolensis archiepiscopus, Turgisius Abrincensis episcopus, Ranulfus cancellarius,

Guillelmus comes de Warena, Ricardus comes de Cestria, Johannes Bajocensis, Grimaldus medicus, Guillelmus de Albigneo, Thomas de S. Johanne, Rogerius filius Ricardi, Unfridus de Bohun, Ingelrannus de Aberrone, Goiffridus de Magnavilla, Hamo dapifer, Robertus de Curceio, Guillelmus de Pirou, Jordanus de Saio, Hascolfus de S. Jacobo, Gofridus de Diva. Ex parte Radulfi Filgeriensis, Maino-Franswals filius ejus, Henricus et Robertus similiter filii ejus, Hamelinus Meduanensis, etc. De Valle Moritonii Robertus filius Giroldi . . . . Richardus de Tuscheto, Robertus de Aparentio, etc. Data et confirmata Abrincis anno ab Incarnatione Domini 1112, indict. V, epacta XX, VI nonas Martii, anno regni mei VIII, anno vero pontificatus Paschalis II, XIII, pontificatus Gaufridi Rotomagensis archiepiscopi anno III, Turgisi quoque Abrincensis episcopi anno præsulatus XVIII. Ego Henricus rex Anglorum in hujus confirmationem præcepti mei mea manu subscribo, et præsentem paginam imagine mea consigno. Signum Henrici regis Anglorum. Signum Radulfi cancellarii. Signum Willelmi comitis de Warena, etc.